



## Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. Francisci Bonaldi Societatis Iesv Theologi, Divina  
Ecclesiae Oeconomia**

**Bonald, François**

**Coloniae, 1611**

XXVII. De obligatione qua tenentur Christiani mandata diuina seruare &  
omnia eis aduersantia debellare.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-48916](#)

33 DIVINA ECCLES.

CAPVT VIGESIMVM  
SEPTIMVM.

*De obligatione quatenentur Christiani  
mandata diuina seruare, & om-  
nia eis aduersantia  
debellare.*

**C**Vm Baptismū suscepimus, Sath-  
næ, & omnibus pompis eius ren-  
ciauimus, ac simulque vitam spiritu-  
lem à carnali illa multum diuersam  
promisimus, ad quam etiam citra nos  
stra promissionem ex mandato Deite-  
neremur, quod nobis Deus statuit, &  
ad vitā ingredi volenti edixit nā vitā  
ei Dauid, *Tu mandaisti mandata tua in-  
stodiri nimis, & ipse Christus, Si vis ut  
vitam ingredi serua mandata: non enim,*  
vt inquit Apostolus, *audiatores legū in-  
si sunt apud Deum, sed factores iustifica-  
buntur.* Annitamur itaq; promissa im-  
plere, & mandata Domini nostri Iesu  
Christi seruare; Cum autem Mundus,  
Caro, & Diabolus nos impediant, cu  
animo nostro animosè deliberemus,  
& statuamus Diabo lo fortiter resiste-

Psal. 118.

Matt. 19.

Rom. 2.

16

re mundum cautè fugere, carnis affe-  
ctus gloriōsè debellare. Hos autem  
appetitus S. Ioannes concupiscētiā  
carnis, concupiscentiam oculorum,  
& superbiam vītæ appellat: Qui à Do-  
ctoribus in septem vīcia capitalia (i- Septem  
ta appellata quod sīnt quasi radix & peccata  
fons aliorū) distinguntur. Nomi-  
nantur autem Superbia, Avaritia, Lu-  
xuria, Gula, Inuidia, Ira, Acedia, con-  
tra quæ tanquam antesignanos &  
primipilos prima nobis arma su-  
menda sūnt: His enim deuictis fa-  
cile Diabolum, mundumque triun-  
phabimus.

Inter prēcipuos autē modos, qui-  
bus bellum his vītīs inferendum est,  
omnes collocant, exercitium opposi-  
tarum virtutum, vti de ijs agentes di-  
ximus, vt enim calor frigus, ita virtus  
vitium pellit, hominemque suorum  
affectionum, & sui ipsius maximum vi-  
torem constituit. Qui bella aduer-  
sus alios gerunt, gloriōsum admodum  
putant esse ciuitatem aliquam cepis-  
se, eiusque incolas suo iugo subiecisse:  
Et quantula tamen hæc gloria est cum  
frequenter expugnata ciuitate, &

O 4 ciui-

ciuib[us] in tuam potestatem redactis,  
ipse à tuis affectibus turpissimè vin-  
caris, & passionibus seruias? Qui &  
nisi alijs dominatur & proprijs appre-  
titibus seruit, cachinnū poti' quā ho-

Ecole. 13.

per concupiscentijs tuas non eas, &  
volūtate tua auertere: Si præstes anima-  
tuæ concupiscentias eius faciet te in gu-  
diū inimicus tuis, quasi dicat, concupis-  
centijs suis deseruiens, eas ineptas  
perpetrabit, quæ tui osoribus occasi-  
onem te deridendi præbebunt. Et quis

Iob. dina-  
ta passio-  
nes bestie-  
rum.

non rideat hominem, qui cum bestia-  
rū Dominus sit, ijsdem seruat? Inor-  
dinatae autē passiones bestiæ sunt, & qui  
eis obedit amissō Dominio, ex Domi-  
no seruus efficitur: Qui autem eas do-  
mant, & spiritui subjiciunt, conserua-  
ta quæ eis debetur authoritate, heroi-  
cos actus, sibiq; vtilissimos præstant.

Et ratio est, nam refrænatis passio-  
nibus, & concupiscentijs, maximam  
multitudinem peccatorum in quæ il-  
læ inclinant euitamus, & per cōsequēs  
eternā mortē quæ ea sequitur, effugi-  
mus. Vnusquisque, inquit Iacobus, ten-  
tatur à concupiscentia sua abstractus &

illectus;

Jacob. 1.

illectus deinde concupiscentia cū cōceperit parit peccatū peccatum verò cū cōsūmatum fuerit generat mortem, mortem scilicet secundam, quæ est æternā dānatio, & cuius Ioannes in Apocalypsi Apoc. 20. meminit. Nā vt Apostolus ait. Si secundum carnem vixeritis moriēmini: si aut̄ Roman. 8. spiritu facta carnis mortificaueritis viuetis; vita scilicet gratiæ: Imò qui se ita mortificauerit, facile se ab omnibꝫ mundi iuritamentis, & temptationibus Sathanæ expedit: Nam vt ait Paulus, Spiritu ambulate, & desideria carnis non Ad Gal. perficietis: & postea Qui autem Christi 5. C. 6. sunt carnem suam crucifixerunt cum vi-tijs, & concupiscentijs suis; deoque de se ipso dicit Mundus mihi crucifixus est & ego mundo quasi dicat, Sicut ego mundū horreo & auersor sita etiā mūdus me fugit & abominatur; Nā vide-mus, quod homines carni ac voluptati bus dediti, cum aduertat probos ac benè moratos, suas ineptias asperna-ri, se ab ijs occulunt, multò minus ad similia peccata inuitat: Qui ergo paſſiones suas devicerit mūdi illecebras facile contemnet.

Quod autem Diabolū concernit, li-  
O s gatus

gatus ille est, nec quenquam nisi accidentem, & lædi volentem, lædere potest, nisi enim domestici nostri inimici, qui sunt praux concupiscentia, contra nos cum eo conspirauerint, vix nulla est, & omnes eius impetus enidi sunt. Quanta ergo felicitas, quaue gloria erit, passiones suas deuicisse, inordinatos affectus benè ordinasse, ostium peccato ac morti occlusisse mundum & diabolum in fugam egredi. Sane hæc gloria maior erit quam uniuersum orbem, terras & maria omnia tuo imperio subiecisses.

*Ex hac autem victoria tantum gaudiūm consequitur, ut vix dicendo ex agn. de ciui. 8.12.*

primi possit. Docet Augustinus ideo bella geri, ut deuictis hostibus pace gaudeamus, qua nihil gratius, nihil delectabilius est: Qui enim pace in hoc mundo fruitur æternam illam beatitudinum in cœlis felicitatem inchoauit, qui autem assidue animo conturbatur: infelicitatem & tristitiam damnatorum experitur. Mundani omnes, & notâter hæretici & infideles ad posteriorem ordinem referuntur, licet eorum multi id non sentiant, nec ita deficiantur.

Quid

*Vide Aug. 8.19. De ciuit. 6.27.*

Quid ergo bonis Christianis facié-  
dum incumbit? Nihil aliud sanè,  
quam ut constanti animo in acie per-  
sistant, nec prælio ignavi excedant:  
Si autem aliquando difficultatem ex-  
periantur, eapene nulla est, aut modi-  
ca & facile toleratur: Præiuit enim  
Saluator noster, viæ asperitatem le-  
niuit, hostium violentiam ipse perru-  
pit: Ita enim in bonum, solatiumque  
seruorum seruorum Deus omnia dis-  
posuit, ut in peregrinatione huius vi-  
tæ conflictus sint, Nam ut inquit Ve-  
nerabilis Beda, Dei ineffabilis & im-  
mensa bonitas etiam hoc prouidit, ut in <sup>Beda Ser.  
18. de Sæc.</sup>  
bac breui & exigua vita agones effent  
& labores in illa verò quæ eterna est, ca-  
rona & præmia meritorum.

Delicatuli autem illi & bonis mudi  
huius affuentes, inebriant se sensu-  
m delitijs, ad summum usque  
expleantur, summis honoribus  
& diuitijs ad nauseam usque gaude-  
ant. O miseros! breui se his o-  
mnibus destitutos inuenient; de-  
lectationes illæ momentaneæ sunt;  
tormenta verò æternum durabunt:  
Qui carni, mundo, & diabolo  
seruic.

O 6

seruierunt cū suo duce ad infernā de-  
mergētur; illi verò qui aduersus eadē  
insurrexerūt, cū suo capite Iesu Christo  
ad cōclūm euolabunt. Regius Pro-  
pheta Dauid huius, & illius testimoniū  
dat cum ait, *Beati i[m]maculat[i]o[n]is*  
*via, qui ambulare in lege Domini;* &  
*Maledicti, qui declinant a mandatis tuis.*  
Poterius dictum terrorem nobis in-  
cutit, vt vel sic saltem ad mandata  
Dei custodienda nos impellat; melius  
tamen, & nobis utilius esset, si filialis  
amor nos huc ageret; Filiij sumus non  
seruī; boni autem filij patētibus amo-  
re illekti, non timore adacti obediūt;  
Amor insuper onus nostrum subleuat,  
& vt cum quadam iucunditate perse-  
ramus facit. *Si quis diligit me,* inquit  
Dominus, *mandata mea seruabit,* &  
Propheta, *Viam mandatorum tuorum*  
*cūcurri, cū dilatasti cor meum;* hanc  
enī cordis dilatationem charitas, &  
dilectio operantur; Hanc igitur Ue-  
rogare oportet; obtentam autem ob-  
seruatione mandatorum ostendere  
debet, nam ut inquit Gregorius,

*Dilectio actione com-  
probatur.*

CA.

Psal. 118.

Ioh. 14.  
Psal. 118.Gregor. ho.  
30. in E-  
vang.